

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja krakowska.**

Rękopis Zakładu Narodowego im. Ossolińskich, sygn. Oss. 832/I, k. 3vb–4rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 53–56 [Gn. 51]

[53] LXXI. De querimoniis de in facto manifesto.

Omnes querimonia ac testimonia, que in crimosos violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimum [s] protestari oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomachalia in duellaria non fuerint vel mortalia. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furto aut spolio et deprehensus ducitur in iudicium cum clamore.

[54] LXXII. De facto manifesto gladii aut cultelli.

Si etiam manifestum factum ibi esse dicitur, ubi viro gladius aut cultellus, aut alia arma sua in sua manu deprehensa fuerint [s], cum qualibet pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis.

[55] LXXIII. De stupro et obsidio in facto manifesto.

Et si factum manifestum cum viro ad iu[k. 4ra = k. IX]dicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum et spolium probat homo metseptimus protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere.

[56] LXXIII. De pacis violencia mulieris.

“Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo |venit^a| venit intra municipalia, et pacem violavit, et me stupravit et spoliavit corpore et rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum |habuerit^a| clamorem audierunt, et ostendere volo factum, de iure habeo et debeo, et quero in sententia diffinitiva, |quod^a| quomodo ego ipsum vincere debeam, et michi nichil proficiat in iure meo”. Et tunc ille petat satisfacionem, idem gwar, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat de facto innocentem esse. Tunc tutor mulieris interroget in sententia diffinitiva, si mulier violenciam melius protestari poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit [k. 4rb] ipsum vincere possib[i]lius cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam ille evadere possit. Et si

hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, uwolnienie od skargi, gwałt, zasadzka, sędzia, opiekun, napad na dom, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]